

IO. CHRYSIPPVS
FANIANS, IO. PHI-
LOPONO SVO S,



IRVM quod tot tantisque animal sauciaturum & uulneribus, tot aegritudinibus diuexatum Medicus sanet, pristinaque restituat incolumitati: philosophus nequeat praeditum sua labe metallum excludere, quod minus operosum, multoque facilius videtur. Quis autem est, qui si ut animalium, sic in animorum inspiciat aegritudines, non peruideat thecam illam animae longe periculosius medicamentis exponi, quam quod nihil habet praeter aegritudinem cum animato commune? Et tamen audet is ipse medicus aegrotantis & sauciati dubiae salutis imponere manum, philosophus metallo non audet, quasi uero illius non uideatur periculum, huius quam maxime, atque ideo magis impune quis hominem laeserit quam metallum. Quod si quis ex laeso metallo aulterinam posse cudi monetam inducat, quin itidem ex laeso homine multa posse fieri homicidia induxerit? Ut si quis hominem interfecerit impune; deinceps plures interficere non metuat? potest est interficere quam decipere. An non is magis est noxius, qui se sanaturum aegrotum polliceretur, tamen interfecit, quam qui prauium numum dederit pro bono? Hic de bonorum aut pericula ipsorum, illic de uita amissione agi oportet. Vtrum uideatur carius? At maiestas, inquit, hic regia attingitur. Annon & illic diuina? Regia quoque maiestatis magis interest tolli quem exercitu, quam de thesauro numum. An non praeterea plus seruare hominem, quam publicum augere ararium? Decipere uero uelle permissente alter alterum possumus: hinc quis se ad rem suam tuendam fit cautior, ac denique ad tuendam Reipublicae causam. Indignamur hodie si quis forte communibus a natura hominum facultatibus utatur, quae tandem non societate uilla, sed dissidio, non pace, sed bello propriae effectae sunt: si quis aliquem interemerit, dissimulamus ei quoque parcendum ducimus. Negligimus itaque Dei praecipuum, quod est ut nihilo sese plus quam alterum quis diligat. quod quam sit amicorum proprium & peculiare, & eorum quidem ut Pythagoras sentiebat, communia quaecumque, quid ab amico querimus hodie de peccato